



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

De Absentia & fuga delati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Abbas in situ. tit. 25. num. 2. quot autem incommoda
 iva fuerint in causis fidei, ex eo quod Episcopi alia
 negotia preterierint negotijs fidei, copiose veterum
 monumenta, & nostri seculi haereses aperitissime te
 stantur.

Quo vero tempore fuerint primum Inquisitores
 delegati in causa fidei constituti, qualia fuerint eoru
 incrementa, officia, privilegia, munera, & partes, co
 piose docuimus in peculiari libro de hoc ipso argu
 mento, quod ob breuitatem hic tradere omittimus; ta
 mensi res sit cognita iucundissima, nec inutilis.

Officium delegatae inquisitionis (ut obiter illud
 hic dicam) exploratum est in prouincia Prouinciae
 sine in Gallia Narbonensi primum beato Domini
 co fuisse commissum, ab eoque circa annos Domini
 MCC. sumpsisse prima exordia, temporibus Innocē
 tiij tertij Pontificis Maximi.

Fuit B. DOMINICVS Canonicus Oxomenfis,
 vir sanctitate insignis, & Theologie peritia clarus,
 & verbi Dei predicator admirabilis, ex illustri, &
 antiqua Guzmanorum familia ortus. is fidei zelo
 accensus, aduersus instantes tunc Albigenis, &
 aliorum haereses, fidem Christi imperterritus predi
 cat, & quia multi conuertebantur, ut saluaret eis
 imponeret penitentias, absolueretq; redemptes, facul
 tatem a Sede Apostolica id faciendi plenā obrinet,
 & in Italiam ex partibus Tolosanensibus migrat. cū
 B. FR. ANSCISCO multam habet familiaritatem.
 hi duas insignes Religiones in Ecclesia Dei velut
 duo clarissima sidera constituant, & officium dele
 gate inquisitionis suis Fratribus exercendum relin
 quunt, & in Italia adhuc exercent. In Hispania quoq;
 fratres ordinis Dominicani qui post obitum sancti
 Dominici potissimum multum in ea prouincia cre
 uerunt, plurimumq; semper, vitā ac morū honesta
 re profecerunt, & singulari doctrina, & sanctitate
 claruerunt eidem sancte Inquisitionis officio contra
 haereticam prauitatem, & apostasiam Apostolica
 auctoritate perfecti fuerunt. Sed cum temporibus
 Domini Innocētiij Papae octauis, & Regū Catho
 licorum Ferdinands, & Isabella idem officium de no
 uo esset introductum seu verius institutum, ac re
 nouatum, ut ait Albertinus in repetitione ca. 1. de
 haer. lib. 6. q. 12. nu. 4. clericis secularibus Decreto
 rum, ac legum peritis committi captum fuit, donec
 paulatim ad eosdem fuit omnino deuolutum, ita ut
 nunc nullae sint iam amplius in eo fratrum Domi
 nicanoru partes, quamuis sepe Inquisitores in iudi
 candi propositionibus eorum opera utantur, & cō
 sultorum munere apud sanctum officium fungantur.

Hoc igitur officium post aliquot secula in Hispania
 renouatum apparet anno 1. Pontificatus Innocētiij Pa
 pe viij. videlicet anno Dñi MCCCCXXXIII. E
 ut cōstat ex prima Hispanensi instructione, quo an
 no auctoritate Pontificia, Catholici Regib. postu
 lantibus, celeberrimus viroru in utroq; iure, & sa
 cra theologia doctissimoru commentus Hispani habi
 tus fuit, cui praefuit frater Thomas de Torquemada
 ordinis Fratrum Predicatorum Prior monasterij
 sancte Crucis Segobienfis primus Inquisitor genera
 lis Regnorū Hispanie. In eo conuenticū stabilitus or
 do fuit, quē obseruare oporteret aduersus haereticam
 prauitatem, latis constitutisq; super eo negotio sala

A berrimis legibus ac constitutionibus quibus et ho
 die inquisitores Hispania prudentissimē utuntur.

In eodem conuenticū (ut apparet ex c. 3. eiusdem pri
 me Hispanensis instructionis) cautum fuit, ut Inqui
 sitores in suis diocēsisbus edictum proponerent cum
 dilatione triginta, uel quadraginta, uel plurimū
 dierum, prout melius eis visum fuisset, intra quam
 quicunq; sponte suos errores, & haereses coram In
 quisitoribus plenē confiterentur, & alios haeticos
 indicarent, admitterentur ad penitentiam saluta
 rē, & Ecclesie reconciliarentur, nec mortē aut uin
 cula, nec honorum publicationem seu confiscationē
 patrentur. Atq; haec fuerunt prima initia delegatae
 inquisitionis tam in Gallia, quam in Italia, & Hi
 spania, ex quibus hic Elymerici locus fit illustris.

De absentia, & fuga delati

QVINTVM quod prorogat, & dilatat iudi
 cium, sententiam, & processum Inquisitoris est,
 ipsius delati absentia, fuga & elongatio, & haec
 quandoque est culpabilis ipsi delato, quandoque
 non. Quando enim Inquisitori accusatur, seu de
 nuntiatur aliquis, quod est haeresi aliqua irreti
 tus, & ipse non est praesens in loco, ubi est Inqui
 sitor, est tamen in alio loco domiciliatus, in se ter
 minos iurisdictionis Inquisitoris, tūc dicitur ab
 sens, sed non fugiens: & tunc recepta primitus
 aliquali informatione, poterit citari per modum
 frequentem.

Quis dicatur
 absens, & nō
 fugiens.

Forma citandi absentem, non tamen fugi
 tuum, cum est delatus, uel suspe
 ctus de haeretica prauitate.

FRATER N. ordinis Fratrum Predicatorum, in
 terris talis domini, Inquisitor haereticæ praui
 tatis, dilecto in Christo tali, Salutem, & manda
 tis nostris, imō uerius Apostolicis firmiter obe
 dire.

QVIA de persona uestra talia à fide dignis,
 ad nostram notitiam sunt deducta: quae si uera
 essent, de fide redderet uos suspectū; ideo ex de
 bito iniuncti uobis officij, uos monemus perem
 ptorie per praesentes, quatenus tali die, tali hora,
 curetis ante nos in tali loco personaliter compa
 rere, modo debito responsurus. Datum, &c.

Item alia forma ad hoc idem.

FRATER N. ordinis Pradicatorum, in terris di
 13
 tioni domini talis subiectis, Inquisitor here
 ticae prauitatis, a sancta sede Apostolica speciali
 ter delegatus, dilecto nobis in Christo rectori
 talis ecclesiae, talis diocēsis, Salutem in Domino
 & mandatis nostris, immo uerius Apostolicis,
 prompto animo obedire.

CVM talis parochianus uester fuerit delatus
 nobis de haeretica prauitate, & teneamur ex iniū
 cto nobis officio, nos de huiusmodi informare;
 idcirco auctoritate dñi nostri Papae, qua fungi
 mur in hac parte, uobis districte praecipimus, &
 mandamus, quatenus predictū talē parochianū
 uestrum,